



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de  
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Sic redditur Erasmus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

me plurimā salutē dices. Atticam mea causa salutabis officiose. Familiam oēm per te meis uerbis salutā uolo. Atticę pro me multā oprabis salutē, iussit ubi ascribi Scerbonius plurimā salutem Antonius mei; omnes meis uerbis multam tibi salutem annūciat. Terentia. multā tibi salutem imperit.

#### Sic redditur Erasmus.

Attica quā tuis uerbis dixi salutē libenter accepit, atq; uicissim per meas literas saluere iussit. Tuā salutē attica libēter accepit suā remisit. Ambrosius salutē quā in tuis uerbis nunciaui, totidem uerbis renūciat. Attica per me tuo noīe salutata, suis uerbis ut te diligenter salutarē iussit. Atticę tuis uerbis salutē scripsi ea suis rescribi tibi multam salutem iussit. hęc Erasmus.

#### Superscriptio.

Superscriptio super epistolā scribit, ut quo epistola sit danda noscat & in datiuo locat ferme salutationi non multo absimilis, nisi q̄ scribentis nomē non habet nec salutē. est autē talis. Ioanni pontano philosopho prudentissimo Gandau ad eđem diui loānis &c. Vitadę sunt tamen nimīū fucatę & calamistrate cōpellationes, quę adulationem suboleāt. Intelligitur fere uerbū detur aut dentur. Loci nomē potest poni in loco uel ad locū, quod sensus facile indicabit. Badius ait in superscriptionibus, si officia & merita prępollent pręponēda censeam, ut in uicissimō atq; christianissimo Francorū regi Ludouico duodecimo &c. liceat etiā dicere ait idem ad magnificū equitem auratū &c. Habitanti, morati &c. rectius subaudiiri credimus, potes sic scribere. Studioso adulescenti louanij bonis literis insudanti &c. Desyderius Erasmus ait. Haud longe quidē absunt ab asseantatione epitheta, quę Fabius apposita uertit honoris gratia subijciēda maximeq; si salutationi permisceātur. Verū cognomina scriptionibus q̄ in tergo literarū supponi solēt, tolerari possunt, & in ipsa epistola sæpe usui sunt. Spectari diligenter oportet, uel q̄ cuiusq; hominis sunt partes, q̄q; a quibus uirtutes expectētur, ut hinc apposita unicuiq; epitheta tribuamus. Hęc ille.

#### Epitheta e Sulpitio hunc in modū collecta.

Summo pontifici ascribēda epitheta.

Sanctissimo diui Petri successori, Sūmo romanorū pontifici. Reuerentia omniq; obseruatione dignissimo papę, antistitiq; romanorū maximo. Sanctissimo christi in terris uicario. Sūmo & uigilantissimo christiani gregis pastori &c.

#### Imperatoribus apta.